Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aromatha quoq; ⁊ equos ⁊ mulos p
annos singulos. Congregiuit q; rex
salomon currus ⁊ equites ⁊ facti sunt
ei mille quadringenti currus ⁊ duode
cim milia equitum ⁊ disposuit eos p
ciuitates munitas ⁊ cum rege ī ierlm
fecit q; ut tanta esset hūndancia ar
genti in ierlm quāta lapidum ⁊ credro
rum multitudinē prebuit q̄ siccomo
rum que nascuntur in cāpestribus ⁊ e
ducebantur equis solomonis ⁊ de e
gypto ⁊ de choa. Negociatores n. regis
emebant de choa ⁊ statuto p̄cio pdu
cebant. egrediebatur aūt quadriga
ex egypto sexcentis siclis argenti. et
equus centum quinquaginta. atq; in
hunc modum cuncti reges etheorum
⁊ syrie equos venundabant. XI

Rex autem salomon adama
uit mulieres alienigenas
multas. filiam quoq; phāo
nis ⁊ moabitidas ⁊ amonitidas ydu
meas ⁊ sydonias et etheas de gentib;
sup quibus dixit dominus filiis isrl.
non ingrediemini ad eas. neq; de illis ī
gredientur ad uras certissime enim
auertant corda ura ut sequamini deos e
arum. his itaq; copulatus est rex sa
lomon ardentissimo amore. fuerunt
q; ei uxores quasi regine septingente
⁊ concubine trecente. Et auerterunt
mulieres cor eius. cumq; iam esset se
nex depauatum est cor eius p mulieres
ut sequeretur deos alienos. nec erat
cor eius pfectum cum domino deo suo.
sicut cor dauid patris eius. sed cole
bat salomon astarthen deam sydoni
orum ⁊ chamos dm moabitarum et
moloch ydolum amonitharum fecit
q; salomon quod nō placuerat corā
domino ⁊ non adimpleuit ut sequeretur
dnm sicut dauid pater eius. tunc edi
ficauit salomon phanū chamos ydo
lo moab. in monte qui est contra ie
rusalem ⁊ moloch ydolo filiorum amō.
in hunc modum fecit uniuersis uxorib;
suis alienigenis que adolebant thu
ra ⁊ immolabant diis suis. Igitur ira
tus est dominus salomoni eo q; auersa
esset mens eius a domino deo suo isrl.
qui apparuerat ei secundo ⁊ preceperat
de uerbo hoc ne sequeretur deos alienos
⁊ nō custodiuit ea que mandauit ei do
minus. Dixit q; dominus salomoni
quia hūisti hoc apud te ⁊ non custodisti
pactum meum ⁊ precepta mea q̄ man
daui tibi. disrumpens scindam regnū
tuū ⁊ dabo illud seruo tuo. Veruntamē
in diebus tuis hoc nō faciam pp dauid
patrem tuū. sed de manu filii tui scindā
illud. nec totum regnum auferam. s;
tribum unam dabo filio tuo pp dauid
seruum meum ⁊ ierlm quam elegi.
Suscitauit quoq; dominus aduersarius
salomoni adad ydumeum de semine
regio qui erat in edom. Cum eni esset
dauid in ydumea ⁊ ascendisset ioab
princeps militie ad sepeliendum eos
qui interfecti fuerant ⁊ occidisset omē
masculinū in ydumea. sex eni mensi
bus ibi moratus est ioab ⁊ omnis isrl.
donec interficerent omne masculinum
in ydumea. fugit adad ipe ⁊ uiri ydu
mei de seruis patris eius cum eo. ut in
grederetur egyptum. Erat aūt adad
puer paruus. cumq; surrexissent de ma
dian. uenerunt in pharan. tulerunt
q; secum uiros de pharan ⁊ introierunt
egyptum. ad phāonem regem egypti
qui dedit eis domum ⁊ cibos constituit.